

quando partem exercitus Germanici effecisse non noveramus. — 9) Cf. supra N. 2502. 4743. — 10) Cohors haec anno 158 tetendit Rigomagi (XIII 7796, cf. infra ad XIII 7800). — 11) Intellege Germaniam inferiorem (similiter superioris vocabulum omissum in diplomate anni 82, supra N. 1995 cum not. 4). — 12) Est C. Rutilius Gallicus supra N. 1007. 1008. 5025. 5955. Eum extremis temporibus Vespasiani Germaniae inferiori praefuisse constabat ex Stat. silv. 1, 4, 89. 90. Praenomen Gai, quod legitur supra N. 1007 et V 6989, omitti non debuit, sed omittitur ut supra N. 8973 praenomen alterum P. Salvii Iuliani. — 13) 15. Apr. 78 (nomina plena horum consulum ordinariorum nota etiam ex actis Arvalium). — 14) Idem praefectus supra N. 2729. — 15) Verba post casam Romuli desunt in exemplo interiore. De casa Romuli Capitolina cf. Jordan Topogr. I-2 p. 51 not. 53. — 16) Sic Ritterling ex imagine heliotypica (M. Domaszewski). — 17) Cf. supra N. 1992 not. 7. Reliqui signatores ignoti.

9053 imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. XIII¹, imp. XXII, cos. XVI, censor perpetuus, p. p., equitibus et peditibus qui militant in alis tribus et cohortibus novem quae appellantur (1) II Pannonicorum et (2) Claudia nova² et (3) praetoria³; et (1) I Cilicum et (2) I Cisipadensium⁴ et (3) I Cretum⁵ et (4) I Flavia Hispanorum milliaria⁶ et (5) I Antiochenium et (6) II Gallorum Macedonica⁷ et (7) IIII Rætorum et (8) V Gallorum et (9) V Hispanorum⁸, et sunt in Moesia superiore sub Cn. Aemilio Cicatricula Pompeio Longino⁹, qui quina et vicena stipendia aut plura meruerunt, item dimissis honesta missione emeritis stipendiis, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterrisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XVI k. Domit.¹⁰ T. Pomponio Basso L. Silio Deciano cos.¹¹

cohort. I Cisipadensium, cui praest L. Cilnius L.¹² f. Pom.¹³ Secundus, pediti: L. Cassio Cassi f. Larisen.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Orfi Cupiti — C. Iuli Saturnini — Q. Aemili Soterichi — L. Pulli Sperati — Cn. Egnati Vitalis — L. Pulli Heraclae — P. Cauli Vitalis¹⁴.

Diptychon aeneum, prope Widdin rep., est Sofiae (III p. 2328, 66 imaginem dedit Bormann oesterr. Jahresh. I 1898 p. 174 seq. contulit Filow). — 1) A. 93. — 2) Alam hanc, de qua cf. N. 9054 not. 3, cum cohortibus tertia Gallorum et quinta Hispanorum anno 82 ex Germania in Moesiam translatam esse ostendit diploma supra N. 1995. Cohors tertia Gallorum adtributa est Moesiae inferiori (supra N. 1999), ala Claudia et cohors quinta Hispanorum, ut iam videmus, Moesiae superiori. Ceterum et tres alae et novem cohortes huius diplomatis redeunt N. 9054. — 3) Cf. supra N. 2539. 2724. — 4) Cf. III 14429. V 8185 (gens Cisipadum accola Syrtis maioris, Plin. h. n. 5, 27, monuit Cagnat). — 5) Huius cohortis sunt, ut vidit Ritterling, tegulae repertae Turn Severin III 1703, 2 et p. 2318 (ad 1703, 2): coh. I Cre.; eadem memoratur III 1163. — 6) Cohors haec, ut et se-